Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Prosiciat nobis ad salutem corpis et aie dñe deus
ynuis sacramenti suscepcio: et sempiterne sancte
trinitatis confessio ℣ De sancta trinitate p cantilē
Cum quando placet Epistola ad Romanos.
Fratres O altitudo diuiciar sapie et scientie
dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius: et
inuestigabiles vie eius Quis enim cognouit sen
sum dñi Aut quis consiliarius eius fuit Aut qs
prior dedit illi et retribuetur ei Quia ex ipo et
per ipm et in ipo sunt omnia: ipi gloria et imperium in
secula seculorum amen Secundum Johannem.
Ant. Dixit dñs v.d.s Cum venerit paracli
tus quem ego mittam vobis a patre spm veritatis
qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me
Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio
mecum estis: Hec locutus sum vobis: ut non scan
dalizemini Absq; synagogis facient vos Sed
venit hora: ut omis qui interficit vos arbitret
obsequium se prestare deo Et hec facient vobis:
quia non noverunt patrem neq; me Sed hec locutus
sum vobis: ut cum venerit hora eorum reminiscamini
quia ego dixi vobis ℣ Ista in ℣ Ad Corinthios
Fratres Si christus predicatur quod resurrexit
a mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis
quia resurrectio mortuorum non est Si autem resur
rectio mortuorum non est: neq; xps resurrexit
Si autem xps non resurrexit: inanis est ergo pre
dicacio nra: inanis est et fides nra Inuenimur
autem et falsi testes dei: quia testimonium dicimus
aduersus deum: quod suscitauerit xpm quem
non suscitauit Nam si mortui non resurgunt: